Audite hec omnes gentes; xpi uox est uel apostolorum; intellegentes misteria
uel precepta que dicturus sum; & reddit attendendos auditores suos.
& notandum quod dicit audite omnes gentes; In ueteri quippe testa-
mento solis iudeis dabantur precepta. ipsi soli inuitabantur ad pre-
mia; ecce nunc iam postquam xps in mundum uenit omnes gentes & naciones tam
iudei quam gentiles inuitantur ad penitenciam uocantur ad uitam; Auribus
percipite .i. mente intellegite; neque enim sufficit audisse hec aure corporis. nisi &
audita ea percipias mentis; eis uidelicet auribus quas dns in euangelio requirit
inquiens qui habet aures audiendi audiat; Omnes qui habitatis orbem; per hina-
bitantes orbem fideles accipiuntur qui sic orbem inhabitant ut se eum per mortem
corporis secto corporis derelictos sciant; & gentes itaque omnes gentes superius
premissas pagani & adhuc erroribus dediti intelleguntur; primum itaque omnes gen-
tes. ac deomnes orbem inhabitantes ad audiendum conuocans innuit se cunctis
ut diximus hominibus tam iustis scilicet quam peccatoribus uite precepta dare;
unde & subdidit; Quique terrigine & filii hominum; nam quos gencium uoca-
bulo presignauit eos nunc terrigenas dicit terra scilicet genitos. & quos orbem
inabitantes eos uocat & filios hominum fideles scilicet & racionabili discrecione malum
declinantes & bonum appetentes. ac uere in xpm credentes qui se in euangelio sepis-
sime filium hominis maluit appellare. Uocantur itaque omnes indiscrete ad fidem
mali cum bonis. et dicum agnus reprobi cum electis; In unum diues & pauper; diues
scilicet & potens & copiosus aliquis. & pauperem; et temporali uel diuitem appellat
iudaicum populum presummente se extollentem. ex spiritalibus diuiciis se scriptu-
scripturarum. & pauperem populum gentilem humilitatem & absque diuiciis super-
bie ad xpm uenientem; Os meum loquetur sapienciam; uox apostolorum uel predi-
catorum xpi in quo est sapiencia dei patris; Et meditacio cordis mei prudenciam
loquetur .i. meditabor & meditata loquar; in intimo quippe cordis
meditamur ea que foris expherimus nec referre sane fiere loquaris nisi corde

License: cc-by-nc-sa – Lyon, Bibliothèque municipale, 788 (olim 706), LyonBM788_101_64R – Fragments of manuscripts from Lyon's cathedral library (https://fragmentarium.ms/view/page/F-u6r6/337/4953)